1518. m: 8bri nifallor Ex ms. Bibl: Zatusc:

Sigismundus I. Rex Poloniæ
Christoph. de Szydlowiec Palatino et Caput Crac. R. P. Cancell.

70

Magnifice sincere nobis dilecte. Quamvis penè Omnes Consiliarij terrarum Minoris Poloniæ censuerint conventum generalem Cracoviæ statuendum, tamen refragantibus vicissim Omnibus ex majori Polonia affirmantibusque conduci non posse Nuncios terrarum Cracoviam, et nolentes Nos, ut ppterea impedimentum aliquod fieri deberet, rebus bene consulendis statuimus ipsum Conventum auspice Domino Deo Piotrcoviæ, ita ut tua Sinceritas clarius ex literis Nostris cognoscet, quæ propediem ad ea perferentur.

Cæterum quod Nobis de nutrice futuræ prolis Nostræ scribit, nobis eadem est sententia, quæ Serenissimæ Dominæ Conjugi Nostræ, ut videlicet sit Nobilis, sana et juvenis, et non ambigimus cum latum sit Regnum nostrum talem reperiri posse. Itaque postulamus, a tua Sinceritate ut in hac re operam faciat, quo eadem nutrix, et cum hisce conditionibus, ejus Majestati reperiatur et bene valeat. Millesimo Quingentesimo Decimooctavo.